

XIV

Domingo 7 de julio de 933 o 967.

[r. 8.] UNIÓN DEL MONASTERIO
DE SAN PEDRO DEL VALLE Y SUS DECANIAS

Sub Christi nomine. Ego Ermegildo abba Deum timendo, penas inferni evadendo et paradisi conquirendo, et vocem Domini audiendo: venite benedicti Patris mei accipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Ego iam dictus est Ermegildus trado ad regula Sancta Iuliana, et ad tibi abbati Donno Alvaro et norma monachorum unu monasterium que vocitant Sancti Petri de Valle do et concedo cum suo directos et suas abiacentias et per suos terminos nominatos id est per terminum de Gomez Didaz que nominant Golpegeras, et per illa Cova del Gatu, et per illu lividu, et per illu arrogium que discurre iuxta illa villa que vocitant Quintana, et illu arrogium a Sarçoso, et iuxta illas casas de Martino Didaz, et per illa itinera antiqua ad illu rivo que vocitant Selione, et ipso rivo a iuso usque a Sancta Leocadia que istos terminos includent cum omni prestancia. Do et concedo a Sancta Iuliana et cum suas decanias in illo puteo de salinas in illa decania de Cesura tres poçales de moria et illa decania de Fresnedo III, poçales de moria, et in illa decania de Carreio III poçales de moria, et die sabbato III betiellos de moria, et quatuor sernas foras terminos de regla, et in flumine Salia una cannalera de piscamina in illa pescaria que vocitant vado-levaniego, et de intus terminus de iure de mihi iam dicto Ermegildo abba traslatum, et in iure de tibi Albarus confirmatu ut abeant servi Dei substancia, et ego Ermegildus Dei misericordia et que de mea gens aut posteritas mea inquietare voluerit aut si non obsequio monasterio. Et in illa villa que vocitant Serna habet duas sernas obtimas et bonas cum tres calices moniliarius, et suas defesas que posuit Abraam Flainez et decanias de Sancti Petri id est Sancto Iohannes de Maguquo et dalia decania Sancto Cibriano et alia decania que vocitant Sancta Lucidia. Iestas

decanias iam supra dictas cum suas defesas et suas aqueductus et suas prestancias cum omni bonitate. Ego Ermegildus una pariter cum eredibus meis do et concedo ad regula Sancte Iuliane Virginis et ad omni clericorum, et ad tibi abba Albarus ut in diem iudeitii subveniat nobis pietas Christi. Amen. Si quis tamen aliquis homo ad dirumpendum venerit vel venero, aut de posteritas mea aut de aliqua gens qui contentor stelerit aut qui talia comiserit quoquomodo pariet tale monesterio cum sua prestancia duplatum vel triplatum cum auri libras VIII, et ad pars Imperatoris terciie trecentos solidos pariet, et super hanc descendat super eum ira Dei, et ruina celi et in diemi iudicii cum Iudas traditore abeat parte in eterna dapnatione. Amen. Et disperdat illum Deus sicut disperdit Datan et Abiron. Amen. Facta regula pactu vel testamentum de mihi Ermegildus abba et de heredibus meis benefactum nostrum die quod erit notum dominicum, nonas julii, era DCCCXXI, regnante Rademirus Rex in Legione, et in Castella, Comite Guntsalvo Fernandez, et ego Ermigildus abba in hoc testamentum sanctionis quod feci volui et legendo audivi et de manu mea + roboravi coram testes, Beato + roboravi, et Vicenti + roboravi, et de Infançonibus nominati Didaco Rodriz + confirmo, Martino Didaz confirmo, Roderico Feles + confirmo, Feles Menen + confirmo, Meniz Berielliz + confirmo.

Domingo día 7 de julio de la era 821 (año de J.-C. 783), siendo rey de León D. Ramiro, y conde de Castilla Gonzalo Fernández.

Todo está en esta fecha en contradicción: la era, la feria, el rey y el conde. En el año 783 no fué domingo el 7 de julio, sino lunes; no reinaba ningún rey Ramiro, y no tenemos noticia de ningún conde Gonzalo Fernández en Castilla por aquellos años. De los tres reyes con nombre de Ramiro, el primero no fué rey de León, sino de Asturias, y reinaba por los años 842 a 850; no puede referirse a él la carta.

Berganza (v. *Antigüedades*, tomo I., págs. 372, 373, 375, 566) nos da noticias de un conde Gonzalo Fernández, en Burgos y en Castilla, que firma en cartas de los años 899, 912, 914, 915. Antes que Berganza, nos da noticias del conde Gonzalo Fernández el P. Sota (v. *Crónica de los Príncipes de Asturias*, págs. 471, 472), y dice que figuraba como tal conde en el año 931.

La carta es indudablemente de tiempo de Ramiro II (930-950) o de Ramiro III (967-982), y en ambos casos hay que suponer que el nombre del conde de Castilla está equivocado, debiéndose leer «Ferdinando Guntsalvez».

El día 7 de julio del año 933 y el mismo día en el año 967 fueron domingo; en el primero de estos años reinaba Ramiro II, y en el segundo Ramiro III.

XV

28 de marzo de 1157.

[f. 9.] EN ORDUN DE VALDEGUNA

Sub Christi nomine. Ego Petrus Michaeliz Deum timendo et penas inferni pavendo facio cartula nominata en Vilordum la una hereditate super casa de Petro Iulianiz, I.^o termino de Petro Iulianez et de Diago Gomez, II.^o de Donna Tegrilla que es de Sancta Iuliana, III.^o las Pennas, IIII.^o la carrera de altera hereditate. I.^o termino de Diago Gomez, II.^o et III.^o de Sancta Iuliana, IIII.^o de Petro Iulianiz. Facta carta die III.^a feria, V kalendas aprilis sub era M. C. nonagesima V.^a, imperante Imperator Aldefonsus in Toleto et in Legione, et in tota Urbe Spanie, Infanta Donna Sancia, abbas Sancte Iuliane Martinus, ego Petrus Michaeliz ista hereditate dono et concedo a regula Sancte Iuliane, et hanc cartam que feci legere audivi et de manu mea signum roboravi coram testes Citi et Belliti. Hic testes sumus, set de manus nostras signum roboramus.

La feria característica o por la cual comenzó el año 1157 fué martes; el día 28 de marzo fué jueves, y no martes, como dice el documento. Era abad Martín II, y firma la infanta D.^a Sancha, que murió ya en 1159.

XVI

Miércoles 27 de mayo de 1117.

[f. 9 vto.] MONASTERIO DE SAN SALVADOR DE BLANDES EN PEÑARRUBIA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, presbiteris, diachonibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in regule sancte consistentibus, ego Gonçalvo Sancier una cum meos iermanos Martino Sancier et

Flamma Sancier, et Yelo Sancier, Maria, et Goina, et filios de Galindo Sancier Gonçalvo et Sancio et Pelagio et filios de Maior Galindiç, et filios de Maria Sancier, et filios de Tota dueña. Nos quidem indigni pactum vel testamentum tradictionis facimus propter remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum ad regula Sancta Iuliana cuius corpus tumulatum est in villa Planes et sub regimine Martinus abba, tradimus adque concedimus nos supradictis quarta en nuestro monasterio que abemus de parentorum nostrorum in territorio de Penna Rubia Sancti Salvatoris de Blandes cum omni adiacentias suas, et ego Sancio Galindeç de Villanova una cum meos iermanos, et ego Pelagio Quinlaç una cum fratribus meis, et ego Munio Gutierreç, et Martino Gutierreç una cum nostros iermanos et neptos de Didago Petriç, et e'go Sancia Petriz una cum viro meo Petro Munnioz et Pelaio Petriz, et ego Petro Citiz cum uxor mea Oro Petriz et Xemenia Petriz, et ego Gonçalvo Citez et uxor mea Maria, e Garcia Fernandez una cum iermanas meas sic tradimus atque concedimus nos iam supradictis in illo monasterio de Blandes iam supradicto Sancti Salvatoris illas tres quartas ab omni integritate propter remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum, pactum vel testamentum facimus a Deo et ad Sancta Iuliana regula, cuius, corpus tumulatum est in villa Planes, et ad tibi abba Martinus una cum collegio clericorum qui ibidem deserviunt diebus ac noctibus, ut quicquid ex inde facere volueritis liberam in Dei nomine abeatis potestatem. Et nos tam viri quam femine qui iam superius sumus scripti, sive primi quam et novissimi sic tradimus atque concedimus nostro monasterio Sancti Salvatoris de Blandes in territorio de Penna Rubia, damus in illo tres capanas et uno calice argenteo et V.^e libros et un frontale siricho, et una cithara et IIII.^{or} casulas sirichas, et duas vestimentas complitas cum tectis casas et orreos, abdegas, cupas, lagares, curtes et cum omni sua prestancia, et cum omni adiacentias suas, terras, pumares, felgarius, pratis, pascuis, padulibus, exitus vel regressitus aquis aquarum vel in sedicas molinarum de monte in fonte ubique potueritis invenire quia ad ipso monasterio pertinet. Damus atque concedimus ab omni integritate propter remedium animarum nostrarum, et per requiem defunctorum, seu parentorum nostrorum, et vos inde abeatis tolerationem et nos ante Deum remissionem, ita ut de odie die vel tempore de iuri nostro

egresso et in iuri vestro sit tradito atque confirmato abeatis et possideatis et in perpetuo vindicetis. Si quis tamen aliquis homo tam nos iam dictis quam etiam et filiis nostris aut neptis aut eredi-
 bus nostris, aut comes, sive regi, aut potestas, aut homine de subrogata nostra
 45 persona qui hunc pactum nostrum inrumpere quesierit aut contra
 regula Sancta Iuliana proinde contempciosus extiterit, in primis ira
 Dei descendat super eum et rufea celestia et cum Iuda traditore habeat
 parte in eterna dapnacione, et excommunicatus permaneat a corpus et
 sanguinis Domini nostri Ihesu Christi, et post dapna secularia infe-
 50 rat ipso monasterio, cum omni re cum que superius comprehensum
 est duplatu vel triplatu in simile tale locum cum solidos CCC, et post
 parte Imperatoris auri libras V.^e et pactum vel testamentum tradi-
 tionis firmis permaneat. Facta scriptura testamentum traditionis
 die III.^a feria, VI.^o kalendas junii, era M. C. L. V.^a, regnante Rex
 55 Adfonsus in Castella et in Toletu atque en Aragona sive in Asturias
 et Regina Donna Urracha in Legione atque in Gallicia, et e'go Gon-
 çalvo Sancier una cum eredi-
 bus qui iam supra sunt scripti de isto
 monasterio in hoc pactum traditionis vel confirmationis ad regula
 Sancta Iuliana et a tibi Martinus abba quod fecimus volumus et
 60 legenter audivimus et de manus nostras roboravimus ++ coram
 testes Citi Veliti, hic testes sumus et de manus nostras ++
 roboramus, Gonçalvo Sancier ++ confirmo, Martino Sancier confir-
 mo ++, Donna Flamma manu mea ++ confirmo, Fernant Godestioç
 manu ++ confirmo, Eilo Sancier manu ++ confirmo, Marina San-
 65 cierz manu ++ confirmo, Maria et Goina manus nostras ++ confir-
 mamus, Guntsalvo et Sancio manus nostras ++ confirmamus,
 Pelagio manu ++ confirmo, et nos filios de Maior Galindeç ++
 confirmamus, filios de Maria Sancier, manus nostras ++ confir-
 mamus, filios de Toda Dueña manus nostras ++ confirmamus,
 70 Sancio Galindeç manu ++ confirmo, Pelaio Quitlaç manu ++ confir-
 mo, et neptos de Didago Petriç manus nostras ++ confirma-
 mus, Sancia Petriz manu ++ confirmo, Petru Munnioz ++ manu
 confirmo, Pelagio Petriz manu ++ confirmo, Petro Citeç manu confir-
 mo, Oro Petriz manu ++ confirmo, Xemena Petriz manu ++ confir-
 75 mo, Gonçalvo Citez et uxor Maria manus nostras confirmamus ++,
 Garcia Fernandez manu ++ confirmo, Iohannes presbiter titulavit,
 manu mea signum fecit.

Miércoles 27 de mayo del año 1117.

El año 1117 comenzó en lunes (feria II). El día 27 de mayo de este año fué
 80 domingo y no miércoles. El día 30 de mayo, o sea III kalendas, fué miércoles, y
 dada la semejanza gráfica de III kalendas con VI kalendas, pues fácilmente se
 confunden si se unen los trazos de las dos II en III kalendas, se copiaría el día 27
 en vez del día 30 de marzo. En esta carta se disciernen bien los Estados en que
 85 ejercian soberanía D. Alfonso *el Batallador* y D.^a Urraca, su esposa.

XVII

Viernes 25 de enero de 1118.

[f. 10 vto.]

CERRAZO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii hac Spi-
 ritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finienda
 secula. Amen. Ego enim Petrus Ectaz et uxor mea Iuliana una cum
 meos iermanos Michael Annaiaz et Iohannes Annaiaz et Iuliana
 Iulianez, et Maria Iulianez, pactum vel testamentum facimus a Deo et
 5 ad regula Sancta Iuliana cuius corpus tumulatum est in villa Planes
 et ad tibi Martinus abba et ad collegio clericorum qui ibidem ser-
 viunt diebus ac noctibus de una terra cum sua pomifera que habemus
 de parentorum nostrorum. Et est ipsa terra in territorio de Camesa
 in illa villa de Cerrazo in loco certissimo en Sancti Genesi per ter-
 10 minum de Sancta Iuliana, II.^o terminum de Donna Oria, III.^o ter-
 minum de Sancta Iuliana, III.^o terminum per illa itinera antiqua.
 Infra ipsos quatuor terminos ipsa terra cum sua pomifera. Damus
 atque concedimus propter remedium animarum nostrarum seu pa-
 15 rentum nostrorum, et per requiem defunctorum ab omni integritate,
 ita ut des odie vel tempore de iuri nostro egresso, et in iuri vestro
 sit tradito atque confirmato abeatis et possideatis et in perpetuo
 vindicetis. Si quis tamen aliquis homo tam nos iam dictis quam etiam
 et filiis nostris aut neptis sive regi vel potestas aut qui hunc pactum
 nostrum disrumpere quesierit aut contra regula Sancta Iuliana proin-
 20 de contempciosus extiterit, in primis descendat super e'um ira Dei
 Patris Omnipotentis et rufea celestia, et cum Iuda traditore abeat
 parte in eterna dapnacione et post dapna secularia inferat ipsa eredi-
 tate cum sua pumifera in simile tali loco duplatu vel triplatu cum

solidos C, et ad Imperatoris tertie auri libras V.^e et scriptura ista 25
 firmis permaneat. Facta scriptura testamentum tradictionis die VI
 feria, VIII kalendas februarii, era M. C. L. VI, regnante Rex Adfon-
 sus in Castilla et in Toletu, et in Aragonia sive in Asturias et Regina
 Dona Urracha in Legione adque in Gallicia, et ego Petrus et uxor
 mea Iuliana et Michael Annaiaz et Ioannes et Iuliana et Maria in hoc 30
 pactum quod fecimus voluimus et legenter audivimus et de manus
 nostras + + roboravimus coram testes Citi Veliti hic testes sumus
 et de manus nostras + + roboravimus, Alvar Rodric + confirmo,
 Gutierre Gómez + confirmo.....

XVIII

Miércoles 30 de abril de 1130.

[f. 11 vto.]

EN ARCE

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris videlicet et Filii
 et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finienda
 seculorum secula. Amen. Ego Munio Guntisalviz et uxor mea Iuliana
 pactum et regulam facimus Deo et Sancte Iuliane et ad tibi Martinus
 abba cum omnibus qui ibidem serviunt propter remedium animabus 5
 nostris et parentum nostrorum, damus et confirmamus nostra propria
 ereditate et solare que habemus en Arze, solar que fuit de patre
 nostro Adfonso Fannit. Solare cum casas, orreos, terras et pumares
 et tota sua divisa in montibus, in fontibus e'xitus et regressus, de nos
 et de nostra gente ab omni integritate, damus atque scriptura firma 10
 mus ut servos Dei abeant inde de ipsa hereditate subsidium et tole-
 rationem. Et ego Munio et Iuliana de peccatis nostris ante Deum in
 diem iudicii remissionem. Si quis tamen quod fieri minime credimus
 tam nos quam aliquis ex nostra proienies vel extranea hanc nostra
 scriptura infringere temptaverit, quisquis ille fuerit qui talia comiserit, 15
 in primis sic maledictus et excommunicatus usque in septiman gene-
 rationem cun Datan et Abirone cum Simone Mago et Nerone, et cum
 Iuda Domini traditore, cum diabolo et angelis eius luat penas in
 inferno inferiore, et super inde pariet istud quem hac carta resonat

duplatum vel triplatum in simile tale loco cum auri libras V.^e et ad 20
 Imperatoris tertie pariet libras VIII et scriptura ista in iure Sancte Iu-
 liane firmis permaneat. Facta regula die notu IIII feria, II.^o kalendas
 madii, era M. C. LXVIII, regnante Rex Adfonso filius comes Rai-
 mundus, et uxor eius Urracha in Legione et in Toletu et in Castilla,
 et ego Munnio et uxor mea Iuliana in hac carta que fecimus Sancte 25
 Iuliane volumus et legendo audivimus manus nostras + + robo-
 ravimus coram testes, Petrus et Iohannes hic testes sumus manus
 nostras + + roboravimus, Michael notuit.

XIX

Jueves 10 de mayo de 1112.

[f. 12]

EN PIÉLAGOS DE ZIGÜENZA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii hac Spi-
 ritus Sancti qui unus et admirabilis extat per numquam finienda
 secula. Amen. Ego enim Guntisalvo Citiz una cum uxor mea Oria
 pactum vel testamentum facimus a Deo et ad Regulam Sancta Iu-
 liana cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et ad tibi Martinus 5
 abba et ad collegio clericorum qui ibidem serviunt diebus ac nocti-
 bus de nostra ereditate in Valle de Pielagos in loco predicto ad illo
 campu, damos illo cum casas et orreos, lagares, abdegas, cum cupas
 plenas, curtes et cum sua prestancia et cum omni adiacentias suas,
 cum exitu vel regressitu, pumares, felgarius, pratis, pascuis, padu- 10
 libus, aquis aquarum vel in sedicas molinarum, et concedimus nostra
 divisa, in illa villa de monte in fonte ubique potueritis invenire ab
 omni integritate, et in alio loco in illa villa de Sigoncia nostras casas
 et orreos, pumares, lagares, terras, felgarius, aquis aquarum, vel in
 sedicas molinarum, de monte in fonte ubique potueritis invenire, 15
 quia ad ipsas casas vel ad ipsam hereditatem pertinent. Damus ad-
 que concedimus ab omni integritate propter remedium animarum
 nostrarum et per requiem defunctorum seu parentum nostrorum et
 vos inde abeatis tolerationem, et nos ante Deum remissionem pecca-
 torum, ut quicquid inde facere volueritis libera in Dei nomine abeatis 20

potestatem, sed verumtamen ipse illum obtineat qui Deo servierit et in agone Christi certaverit vel in Dei laudibus commemoratus fuerit, abeat ex inde tolerationem et nos ante Deum mercis perveniamus et nullus inde a laicale conversatione reducere presumat nec ab ipsa ecclesia auferre presumat. Si quis presumpserit, anatematizatus et excommunicatus permaneat in inferno damnatus, et pro temporali pena pariet ad pars ipsius ecclesie Sancte Iuliane aliud tantum duplatum, et ad Imperatoris tertie pariet auri libras V.^e et hoc testamentum iuris ecclesie firmis permaneat. Factum testamentum die V feria, VI idus madii, era M. C. L., regnante Rex Adfonsus in Legione et in Castella et Comite Rodericus in Asturias, et ego Guntisalvo Citez et uxor mea in hoc pactum quod fecimus a Deo ad regula Sancta Iuliana volumus et legenter audivimus et de manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Velliti, hic testes sumus et de manus nostras + + roboravimus, Alvar Rodric confirmo, Gundisalvo Petriz + confirmo, Rodericus Citiz + confirmo, Petrus Gomez + confirmo, Guter Gomez + confirmo, Iohannes fecit.

Se dice en esta carta que el día 10 de mayo del año bisiesto 1112 fué jueves. Si computáramos los años bisiestos, como hoy se hace, agregando un día al mes de febrero, resultaría que el día 10 de mayo de 1112 sería viernes en vez de jueves; pero como hemos demostrado que en los siglos medios se agregaba el día de aumento en los bisiestos a otros meses, frecuentemente a fin de diciembre, si así lo hiciéramos, resultaría bien la feria jueves, que señala el documento. (V. la nota A sobre años bisiestos.)

XX

Sin año (1122 a 1157).

[f. 12 vto.] MONASTERIO DE SAN SALVADOR DE LUE,
CUDON, ETC.

Sub Christi nomine. Ego Sancia Comitissa facio regula a Deo et ad regula et Sancta Iuliana et ad tibi Martinus abate cum omnibus canonicis qui ibidem sunt morantibus quarta portione in illo monasterio de Sancti Salvatoris de Lue qui meo pater et mea mater donavit a Sancta Iuliana. Ipsum quartum trado et confirmo ad Sancta Iuliana quantum ad mihi pertinet ab omni integritate, et in Cutone mea quarta

ab omni integritate, et in Cutia mea portione, et mea divisa, ab omni integritate, et in Quiratio mea portione et mea divisa, sive in homines quomodo in tota ereditate que ad mihi pertinet in istas villas, in solares et in terras, et in pumares, et in divisas ab omni integritate.

Aunque no lleva fecha esta carta, se puede inferir que es del siglo XII, siendo abad Martín II (1122 a 1157). La infanta o condesa D.^a Sancha que hace la donación, murió en 28 de febrero de 1159.

XXI

Viernes 7 de abril. Sin año (1018 a 1028).

[f. 13] IGLESIA DE SAN FELICES, CERCA DE REINOSA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus vel omni populo christiano Deum timentibus et in regule sancte consistentibus gratia Dei Garseani Comiti qui sum dive memorie quod est parentum meorum Sancioni Comite, et Urracha Comitissa, ideo ego Garseani Comiti pro remedio anime mee et de meis parentibus trado atque concedo post parte de regla Sancta Iuliana vel quorum reliquie sancte qui in hunc locum recondite sunt et a tibi Iohannes abbate et ad clericos tuos qui ibi serviunt et permemoraverint, ideo trado atque concedo ipsa ecclesia Sancti Felicis que est fundata in territorio de Campo iuxta flumine Ibrío ubi, potueritis invenire illo firmiter teneatis post parte regula Sancta Iuliana usque in perpetuum habiturum. Si quis homo qui disrumpere voluerit aut in concilio contemptus et superbus extiterit aut pretiosus invaserit, et veniat super ille ira Dei de celo, et sit ex ea excommunicatus et maledictus et sumesit cum Sodoma et Gomorra et cum Iuda traditore in inferno inferiori dapnatus, et ad Imperator tertie VI libras toto usum campo et testamentum istius regule sit firmis permaneat et obtineat usque in finem seculi. Facta carta die notu feria VI.^a, VII idus aprilis, et Comite Garseani in Castella et in Asturias in hoc pacto quod fieri volui et iussi scribere, et legere audivi et manu mea coram testes + roboravi, Gutierre Gutierrez et Annaia Didaz ibi

presentes fuimus et per testes manus nostras + + roboravimus, Alvaro Veilaz, Gonçalo Munnioz, Munnio Godestioz, Fernando Petriz, Petrus scripsit.

No se expone el año de esta carta; pero puede deducirse de las personas que la autorizan, que son D. García Sánchez Conde (1018-1028), y D. Juan, abad (1017 a 1034).

XXII

Sin año (1128-1157). (?)

[f. 13 vto.]

RUILOBA

Sub Christi nomine. Ego Monnio Gostioz non per metum neque per turbatum sensum, sed placuit mihi pro expontanea mea voluntate trado illa mea hereditate que est in Rio de Loba, a Sancta Iuliana et a tibi abbate Martinus et senioribus qui ibidem serviunt pro anima mea, et pro remedio peccatorum meorum cum tale foro aut abeant et vivant in ea filii mei, et nepti et his qui de genere meo fuerint in Sancta Iuliana, et serviant ei unusquisque de quali possibilitate fuerit. El abbas qui fuerit ibi teneat eos cum onore et directo, et dent ei suum censum in anno in anno X, fogaças usque in V, vel quatuor qualis fuerit potencia eorum, et serviendo a Sancta Iuliana filii vel neptis mea ista hereditate non perdant. Et abbas teniendo eos cum onore de jure Sancte Iuliane non auferant. Et ego trado ista hereditate a Sancta Iuliana cum tectis, hereditatibus, pumariis, de monte in fonte quantum mihi pertinet, et si quis inde abstulerit maledictus et condempnatus sit in secula seculorum.

Esta carta es del siglo XII, época en que hubo abades de nombre Martín. Nos inclinamos a creer que es de la época del abad Martín II (1128 a 1157), porque se llama a los que vivían en comunidad con el nombre de seniores, y no monjes.

XXIII

Sin año (1128-1157). (?)

[f. 13 vto.]

EN SAN MARTÍN

In nomine Domini et pii, altissimi, miseratoris, clementissimi videlicet Patris et Filii et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis regnat per numquam finienda secula seculorum. Amen. Igitur in Dei nomine ego Domina Iusta una cum consensu mei filii Petro Monnioz, et Iuliana Vermudiz pactum vel testamentum facimus ad Deo et regula Sancte Iuliane, et ad tibi Martinus abba et ad collegio clericorum qui ibidem serviunt diebus ac noctibus, de uno nostro solare qui est in territorio de Quo loco prenominate ad Sancti Martini, et hoc propter remedium anime nostre, et propter spem celestis vite. Damus atque concedimus nostras casas cum orreos cum abtecas, cum curtes, cum lagare cupas et cum omnes adiacentias suas, proprio solare ab omni integritate. Damus illa flosa que est ante casa pumiferata ab omni integritate per terminum de Fel Vellidez, II.º terminu de Filios de Cid Vida, III.º termino de Filios de Rodrigo Monioz, IIII.º termino illa itinera antiqua. Infra ipsos quatuor terminos illa flosa ab omni integritate, et in illa alia flosa qui est subtus casa la medietate, et alia terra in predicto loco en sub ripa la medietate, et ibidem in eodem loco en sub riba alia hereditate pumifera la terra integra et in pumifera la medietate en quatuor hereditates, la V integra. Et in alio loco en Casar de Artemio la media defesa, et en Faça ixera la medietate, et en della parte medietate, en dua terras cum sua pomifera, et medietate in illa de fondos defesa, et enna pruent en defesa, et en pumar quantum ad me Iusta pertinet inter meos germanos. En Valleiu una hereditate pumifera, la tierra integra et in pumifera medietate. Enna Padelega medietate en tres tierras, sobre carrera medietate en una tierra. En E'xerit medietate en duas terras, et altera ermune, et en Felgario de roça de e'ga el medio. Entre Duesso meatad en tres heredades, et en otro logar, en Barciniellas, una terra pumifera, en Lemedo, en tres pumares, quantum ad me pertinet. Sobre casa en duas terras la medietate, et en el Nuel una

medietate en una terra. Ista terras vel ipsas he'reditates tradimus atque concedimus, ut vos inde abeatis tolerationem et nos ante Deum peccatorum nostrorum seu facinorum ablucionem.

Esta carta, sin fecha, es de la época de la anterior, siglo XII.

XXIV

Sin año.

[f. 14 vto.]

EN CAVARCENO

Hec est ereditatem que fuit de Fronilde Gutierrez en Cavarçeno que dedit in Sancta Iuliana, solar de Martin Felliz, et solar de Iuliana Ciprianes qui cadieron por partida a Santa Iuliana.

XXV

Sin año (1017-1034). (?)

[f. 14 vto.] **HERENCIA EN UBIARCO, EN LANEZ,
EN FAEDA**

Sub Christi nomine ego Gunteriquus Filius Montani et mater Verixima. Ego Gunteriquus pactu testamentum fecit ad Deum et ad ecclesia Sancta Iuliana, et ad tibi apate meo Ioannes diem iudicii timendo et penas inferni evadendo, et paradisum introiendum. Et tradidit ego Guntericus ad ipsis locis sanctis mea V.^a in meo ganato vel rem, et in omnia mea ereditate in villa Ubiarco, et in Planes, in Faceta, vel ubique potueritis in montibus, in fontibus, in aquis aquis aquarum, vel in sedicas molinarum invenire ex voce mea.

Por nombrarse en esta carta el abad Juan, creemos que es del siglo XI (1017 a 1034).

XXVI

Viernes 12 de junio (1030-1058).

[f. 14 vto.]

EN CAOBRACES

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteros, clero atque omni populo christiano Deum timentibus et in regule sancte consistentibus. Ideo Petro Guntsalbiz una cum fratres meos Assur Reguntsalbiz, et Munio Guntsalbit, pactum testamentum facimus ad Deum et ad regula Sancta Iuliana et ad tibi abbati nostro Petro pro remedio anime de fratre nostro Martino, tradimus vel concedimus illas casas de Ckaoprices cum sua hereditate vel cuncta adiacentia ab omni integritate ut abeatis ipso qui hanc scriptura resona des odie die datum vel confirmatum per huius scedule testamenti post parte de regule Sancte Iuliane et ad tui Petri abba in Dei nomine abeatis potestate, et fratre nostro Martino ante Deum merces perveniat. Amen. Si quis tamen qui hunc factum nostrum disrumpere quesierit qui taliter comiserit in primis descendat super eum ira Dei et rufea celestis et cum Iuda traditore abeat parte in eterna dapnacione et scriptura ista non rum- petur. Facta scriptura ista die VI feria, II idus iunius, era M.^a L.^a VI.^a, Rex Fernando ego Petro et Assurre et Munio in hanc testamentum que fieri voluimus ad regula Sancta Iuliana et legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes Citi et Iohannes, hic testes sumus manus nostras + + roboramus, Sebastiano scripsit.

Viernes 12 de junio del año 1018, siendo rey Fernando.

Evidentemente está equivocada la era. Los años comunes del reinado de D. Fernando I, que comenzaron por feria V (jueves), cumplieron la condición de ser viernes el día 12 de junio. Tales fueron los años 1030, 1041, 1047, 1058 Asimismo, en los años bisiestos que comenzaron por feria IV, como 1052, se verificó que el 12 de junio fué viernes. En tiempo de D. Fernando I era abad Pedro (primero de este nombre). Al final de la carta vemos «Sebastiano scripsit», y este mismo nombre encontramos en otras cartas de tiempo de D. Fernando I. (V. cartas XLIX, LVI y LXXXVI.)

XXVII

Viernes 12 de junio de 1097.[f. 15.] IGLESIA DE SAN JUAN, ENTRE VILLAPRESENTE
ET BARCENA

Sub Christi nomine et individue Trinitatis. Ego Guntsalvo Petriz et Guntsalvo Citiz pactum testamentum facimus ad Deum et ad regula Sancta Iuliana, et ad abbati nostro Pedro Ssegustiz, et pro remedio anime nostre tradimus vel concedimus illa ecclesia de Varzena Sancto Iohannes que est inter Villapresente et Varzena cum suo cimiterio et cum sua defesa et cum suos terminos ab omni integritate per terminu pro illo rio maiore, secundum terminu per illa defesa de la vega, tercio termino per illo vallatare, quartu terminu per flumine Saia. Ipsa ecclesia de Sancto Iohannes in Dei nomine habeat Sancta Iuliana per regula ista confirmata usque in secula. Si quis tamen qui hunc factum nostrum disrumpere quesierit, qui taliter comiserit, in primis descendat super eum ira Dei Omnipotentis et insuper pariet ipsa ecclesia duplata vel triplata in simile tale loco cum auri libras VI et ad Imperatoris tertie pariet libras auri VIII. Facta scriptura die VI feria, II idus junius, era M. C. XXXV, regnante Rex Adfonso in Toledo et in Castella et in Legione, et ego Guntsalvo Petriz, et Guntsalvo Citiz in hac testamentum que fieri volumus ad regula Sancta Iuliana et legenter audivimus manus nostras + + roboravimus coram testes Citi Velliti, hic testes sumus manus nostras + + roboravimus, Sebastiano scripsit, Iohannes de Ubiarco presbiter cantore egleisia, Martino Sebastiano presbiter testis, Iohannes Martiniz testis, Gonzalvus testis, Monaco testis, Michael magistro testis, Iohannes presbiter testis.

XXVIII

Viernes 29 de mayo de 980.

[f. 15 vto.] HERENCIA DEL ABAD INDULFO

Sub Christi nomine et individue Trinitatis, omnibus episcopis, abbatibus, presbiteris, diaconibus, clero atque omni populo christiano fidelissimo Deum timentibus et in recule Sancte Iuliane consistentibus. Ego Indulfus abbati licet indignus, et presbiteri qui sum filius Patris mei Uranii et Matris mea Flamula tradictione vel testamentum facio Deo et ecclesie Sancta Iuliana, cuius corpus tumulatum est in villa Planes, et scriptura in nomine Sancte Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, quod corde credimus, ore proferimus, Patrem ingenitum, Filium genitum, Spiritum Sanctum ab utroque procedente. Filium solum carnem de Virgine suscepisse et in mundo pro salute omnium in se credentium venisset, de Patre et Spiritu Sancto nunquam recensise, quia ipse dixit. Ego et Pater unus sumus, et qui me abet, habet et Patrem. Et qui me videt, videt et Patrem. Item dixit: celum mihi sedis est, et terra scabellum pedum meorum, in celo angeli totam Trinitatem adorant, et in terra hominibus predicant. Ite, vendite omnia que possidetis et date pauperibus, et venite sequimini me. Et iterum, si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. His auditis pro remedio anime mee per huius scriptura trado ego Indulfus abbati huic ecclesie Sancte Iuliane Virginis, et trado et contesto omnia mea ganato id est II. os caballos cum frenos et sellas et VI bobes cum iugos el sogas et VII vacas, et meo lectu cum sua lectuaria complito, et oves et capras et porcos, et mea ereditate que abeo de parentorum meorum, id est terras et pumares in territorium in villa Planes, idest unum pumare iusta ecclesia Sancta Iuliana et inter terminos de Sancta Iuliana cum suo terre fundus ex integrum et alia terra et pumifera iusta terminos de Rebelio et de Mernella et de Sancta Iuliana, et alia terra in valle cum pumifera ubi dicent Pumare maiore inter terminos de Sancta Iuliana et de Mato et de Vandilo, et alium pumare ad illas roças inter

termimos de Frissela et de Johannes et de Sancta Iuliana et de Matier- 33
 no, et alia a Linares per terminum de Sancta Iuliana et de Frissela
 usque in itinera ex integra. Et alia terra ad fonte in spina per terminu
 de Sancta Iuliana, et de Revelio et de Orvana usque in illo fixo
 petriço ipsas terras et pumares qui super resonant ab omni integri- 35
 tate. Et escala argentea, et inter lienços et sayales XII, et una pelle
 et VIII panares de cera. Isto que iam superius comprehensum est
 sit tradidit vel concenssit ego Indulfus abati ad ecclesia Sancta
 Iuliana propter remedio anime mee sic traditum vel concessum usque
 in finem seculi, ut non germani, neque sobriini neque aliquis homine, 40
 qui ex inde a legale vel aliqua parte reducere presumat nisi vero illi
 obtineat hanc rem qui ibidem ad ipsa ecclesia Sancta Iuliana cultor
 steterit. Si quis tamen quod fieri minime credo et..... homine de pa-
 rente mea vel de alia parte inrumpere voluerit aut illo de iure ipse
 ecclesie eicere quesierit in primis ad sancta comunione extraneus
 fiat et cum Iuda traditore in inferno dapnatus, et insuper inferat ad 45
 ipsa ecclesia Sancta Iuliana auri libras III, et hec testamentum iuri
 ecclesie firmis permaneat. Factus testamentus vel scriptura ista die
 VI.^a feria, IIII kalendas iunias, era M. XVIII, Rex Ranemiro in Le-
 gione, et Comite Garsea Fredenandiz in Castella, et Indulfus abbati
 in hanc testamento tradictionis que fieri volui et coran legenter audi- 50
 vi manu mea + roboravi coram Colegio Sancta Iuliana et coram
 testes Munio Rodrici, Felix presbiter, Vermudo Rodrici. Beliti et
 Meildizi in nostras presentias ++ roboravimus, Martino Adriano
 presbiteros hic testes sumus et manus nostras ++ roboravimus,
 Cissilani et scripsit. 55

El día 29 de mayo del año 980 (bisiesto), según esta carta, fué viernes. Aquí
 (como hemos dicho también en la carta XIX), computando como hoy los años
 bisiestos, resultaría la feria VII (sábado), en vez de VI (viernes); pero agregando
 el día de aumento después del 29 de mayo (o al final del año), resulta bien la
 feria del documento. 63

XXIX

Viernes 29 de mayo de 980.

[f. 16 vto.]

OBEDIENCIA DE LOS MONJES
AL ABAD ELECTO

Ecce nos omnes fratribus et monacis congregatibus in unum a
 baselica Sancta Iuliana locum que dicitur Planes, tam fratribus quam
 monaci, qui subtus notari vel signa facturi sumus, pactu facimus Deo
 et ecclesia Sancta Iuliana et tibi domino et abbati nostro Indulfo,
 sicut nos docet doctrina patris prophetarum, apostolorum et evan- 5
 gelistarum. Ecce quam bonum et quam iucundum habitare fratres in
 unum et ita dicente propheta David, imposuisti homines super
 capita nostra. Et per Yheremia, bonum est viro cum portaverit
 iugum.....

Falta una hoja en el original. 10

..... Et cum apostolis non quod vobis utile videtur, sed quod
 ab aliis imperatur acceperitis, ut salvi sitis. Et Dominus, si vis venire
 ad vitam, serva mandatum, et unusquisque abneget semetipsum,
 tollat crucem suam et sequatur me. Et arda via est que ducit ad vita,
 id est alterius imperaverit ambulare. Ecce et nos in quantum Deus 15
 adiutor fuerit promitimus tibi supradictum abbati nostro Indulfo ut
 sub imperio tuo atque mandato, dicione, sive obedientia concurramus,
 et omnia nostra quod visus sumus abere vel possidere, id est
 terras, vineas, pomares, basselicas, libros, edificia, cum omnibus adi-
 tibus suis, vestimenta, rebus omnibus, bobile inmovible a minimum 20
 usque ad maiorem, vel quidquid ex voce nostra hac sancte regule
 vindicare potuerint omnia tibi et huic sancte regule perpetum conce-
 dimus abiturum in honore Sancte Iuliane Virginis. Ut quidquid ex
 inde facere vel iudicare tam per animis quam pro corporibus sit tibi
 huic regule concessam potestas a nobis, sive et post tuum dices, sum 25
 illis qui huic regule sancte vice tua quisquis pater accesserit. Et tu
 quicquid dab odierno die nobis imperaveris atque mandaveris per